

**OFFICIA  
SANCTORUM  
TVRIBIJ,**

**ASTURICENSIS EPISCOPI,**

**ET SANCTI  
FROILANI,**

**P R O**

**PALENTINA DIOECESI:**

**EX DECRETO S. R. C.**

## LICENCIA.

**N**OS el Licenciado Don Antonio de Benavides y Baçàn, Cavallero de la Orden de Alcantara, Arçediano de Alcaráz, Dignidad, y Canonigo en la Santa Iglesia de Toledo, Sumiller de cortina de su Magestad, y de su Consejo, Comissario Apostolico General de la Santa Cruzada, y demàs gracias en todos sus Reynos, y Señorios. Y otrosi, Juez Apostolico, y Real privativo, para todo lo tocante à la impresion, y distribucion de los libros del nuevo Rezado. Por la presente dàmos licencia al Dean, y Cabildo de la Santa Iglesia de Palencia, para que pueda hazer imprimir en qualquiera de las Imprentas de estos Reynos, las seis Lecciones del Rezo de los Santos, Santo Toribio, y San Froylan, sus Patronos, que estan vistas por la Sacra Congregacion de Ritos, y aprobadas en nueve de Diziembre de mil y seiscientos y quarenta y cinco, por el Eminentissimo Señor Cardenal Montalto, à quien se cometìò, que ante Nos se han presentado; y atento, à que ha dado su consentimiento para ello el Padre Fray Alonso de Villarrobledo, por lo que le toca, en nombre del Real Convento de San Lorenço del Escorial, como Administrador General del nuevo Rezado, lo tenèmos asì por bien, y mandàmos dâr la presente, firmada de nuestra mano, sellada con el sello de nuestras Armas, y refrendada de Don Alonso de Lugones, Secretario de su Magestad en su Consejo de la Santa Cruzada. En Madrid à tres de Junio de mil y seiscientos y sesenta y nueve años.

*Lic. D. Antonio de Benavides.*

Por mandado de S. Ilustr.  
Don Alonso de Lugones.



# OFFICIUM SANCTI TURIBIJ,

ASTURICENSIS EPISCOPI,  
PALENTINÆ, TAM URBIS, QUAM ECCLESIE,  
VINDICIS, ET PATRONI.

MINUS PRINCIPALIS.

*SUB RITU DUPLICI CONFES. PONT.*

*iuxta Decretum S. R. C. die xvj.*

*Aprilis recitandum.*

DIE XVI. APRILIS.

*In Festo S. Turibij Episcopi, &  
Confessoris, Duplex maius.  
Omnia ut in Communi Confessoris  
Pontificis, præter ea, quæ hic assignantur propria.*

*Si hoc festum venerit in Quadra-  
gesima, Lectiones primi Nocturni,  
Fidelis sermo. Si verò post Pascha,  
de Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

**T**URIBIUS Vir Sanctissimus, peregrinationis causa, in Palestinam profectus, à Hierosolymorum Antistite Sacrorum Custos designatus, suscepto in Hispaniam itinere, Leonem I. Summum Pontificem Romæ veneratus, à Suevorum Rege, Gallæcis imperan-

te, honorificè exceptus, postquam Regiam Puellam, aliosque infirmos mirabiliter sanavit, & Templum Christo Salvatori dicavit, invitus ad Episcopatum Asturicensem promovetur. Ab Archidiacono, sedem illam ambiente, adulterij accusatus, in sacro linteo pœnitus illæso, prunas ardentes ad altare portavit; eoque miraculo, ac repentina morte calumniatoris, aliam etiam inferentis iniuriam, suam innocentiam comprobavit.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei.  
P. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

**C**atholicæ veritatis ardore  
Hispanias Priscillianista-  
A rum

um erroribus infectas ; cepit  
lustrare, Episcopos serpentis mon-  
nere contagij, & Sedis Apostoli-  
cæ implorare subsidium. Misso  
itaque ad Leonem Pontificem  
Diacono, commonitorij ad Epif-  
copos feriem, & errorum libel-  
lum adiunxit, à quo defensæ fidei  
laudem, & grassantis hæresis an-  
tidotum reportavit. Eius autho-  
ritate duo cogi curavit Concilia,  
vnum Toleti, alterum Gallatiæ,  
apud Celenense Municipium, in  
quibus perniciosissima hæresis  
condemnata est, & errantes Epif-  
copi Catholicæ Fidei subscripse-  
runt.

R. Posui adiutorium super po-  
tentem, & exaltavi electum de  
plebe mea : \* Manus enim mea  
auxiliabitur ei. *Ps.* Inveni David  
servum meum, oleo sancto meo  
ynxi eum. Manus.

#### Lectio vj.

**E**IUS doctrinam magno Deus  
confirmavit miraculo. Ur-  
bem quippe Palentinam his erro-  
ribus pertinaciter adhaerentem,  
& sancti Viri prædicationibus  
adversantem, ad labentis fluvij  
insperata excusione penè totam  
submersit. Quo supplicio melio-  
res cives effecti, Turibij doctri-  
nam susceperunt. Multos pro Fi-  
de Christi passus labores, virtuti-  
bus, & miraculis clarus, quievit

in pace. Eius corpus translatum  
est ad Ecclesiam S. Martini Mon-  
tis Sacri, à se constructam, &  
pretiosis, quas Hierosolymis tu-  
lit reliquijs decoratam. Palentini,  
recepti beneficij memores, tan-  
quam suæ Urbis vindicem, & Pa-  
tronum summa colunt religio-  
ne.

R. Iste est qui ante Deum mag-  
nas virtutes operatus est, & om-  
nis terra doctrina eius repleta  
est : \* Ipse intercedat pro pecca-  
tis omnium populorum. *Ps.* Iste  
est qui contempsit vitam mundi,  
& pervenit ad cœlestia regna. Ip-  
se intercedat. Gloria Patri. Ipse  
intercedat.

#### In tertio Nocturno.

*Homilia in Evangelium. Homo  
peregrè proficiscens. Ut in Com-  
muni Confess. Pont. Sed in Quadra-  
ges. nona Lect. erit de Homilia Fe-  
ria occurrentis, cum eius commemo-  
ratione. Missa, de eodem Com-  
muni. Statuit ei Dominus.*

*Ad Officium, & in utriusque  
Vesperis. Oratio.*

**D**A quæsumus, Omnipotens  
Deus, vt beati Turibij  
Confessoris tui, atque Pontificis,  
veneranda solemnitas, & devo-  
tionem nobis augeat, & salutem;  
Per Dominum nostrum.

# OFFICIUM SANCTI FROILANI,

LEGIONENSIS ECCLESIAE,

ET URBIS, EPISCOPI, ET PATRONI.

DUPLEX SECUNDÆ CLASSIS.

OB FRATERNITATIS NEXUM SICUT  
*in ea S. Antonini Martyris, in Palentina  
Ecclesia reciproco amplexu cum Octava  
recitandum.*

EX DECRETO S. R. C.

DIE V. OCTOBRIS.

*In Festo S. Froilani, Episcopi, &  
Confessoris, duplex secundæ clas-  
sis, cum Octava, omnia de Com-  
muni Confessoris Pont. exceptis, quæ  
hic assignantur propria.*

*Oratio.*

Da quæsumus, Omnipotens  
Deus.

*In primo Nocturno, Læctiones  
Fidelis sermo, de eodem Commu-  
ni.*

*In secundo Nocturno.*

Lectio iiij.

**F**ROILANUS Nobili gene-  
re, propè Urbem Lucen-  
sem in Gallæcia natus, ab  
ineunte ætate, pijs moribus, &

sacris litteris diligentè instruc-  
tus, excelsas quasque virtutes, &  
Christianam colere cepit picta-  
tem. Vix decimum octavum atti-  
gerat annum, cum solitudinis  
amore in Eriemum secessit, ubi  
in divinarum rerum contempla-  
tione aliquandiù est commora-  
tus. Verum, Deo impellente, vt  
per prædicationis gratiam, quam  
affluenter accepit, proximorum  
studèret utilitati, in id opus  
cepit incumbere, postquam  
vno, atque altero miraculo,  
carbònum ardentium, quos lin-  
gua, & manibus, absque læsio-  
ne sustinuit, ita Deo placuisse  
cognovit.

*R. Invèni David.*

Lectio

Lectio v.

**I**Taque in Legionis, & Gallæ-  
ciæ Regnis, admirabili ani-  
marum fructu, Verbum Dei dif-  
feminavit, hominumque mores  
correxerit. Sed cum venerabundi  
populi timèret applausum, &  
pristinæ quietis duceretur affectus;  
ad solitudinem denuò recessit.  
Pervagante vndique eius fama  
sanctitatis, multisque ad eum  
confluentibus, insigne construxit  
Moreruele Cœnobium, vbi in-  
gentem Monachorum numerum,  
sub regula S. Benedicti, sanctissi-  
mè gubernavit. Cum verò Le-  
gionensis Ecclesia Pastore carè-  
ret, omnium assensu Froilanus  
Episcopus avertitur. Id nutu Dei  
factum candida super caput eius  
indicavit columba, & Regis, Cle-  
ri, populique preces, vt accep-  
taret, abundè comprobarunt.

℞. Posui adiutorium.


Lectio vj.


**S**Olemni die Pentecostès, quo,  
& eius discipulus Sanctus  
Attilanus, Zamorensis Episcopus,

consecratus; vt populum sibi  
commissum ad divinum amorem,  
& sanctarum virtutum studium  
excitaret, à prædicatione Verbi  
Divini numquam cessavit. In ope-  
ribus pietatis, & præcipuè in su-  
blevandis pauperibus assiduus.  
Regem, in rebus sacris quædam  
sibi liberiùs arrogantem, constan-  
tè redarguit, eique immi-  
nentia mala palàm prædixit.  
Tandem sanctitate, & miracu-  
lis clarus, obdormivit in Do-  
mino, anno millesimo sexto æta-  
tis septuagesimo tertio. Eius cor-  
pus partim in Ecclesia Legionen-  
si, partim in prædicto, à se con-  
dito Monasterio, conditum, ho-  
noricè colitur vtrouque.

℞. Iste est, qui ante Deum.

*In tertio Nocturno, Lectiones de  
Homilia in Evangelium Homo  
peregrè proficiscens. Nona Lectio,  
& commemoratio Sanctorum Pla-  
cidi, & sociorum Martyrum, in  
Laudibus, & Missis privatis tan-  
tum.*













G-E 1164